



**R. P. Ioannis De Lvgo Hispalensis, E Societate Iesv, In
Collegio Romano Eivsdem Societatis olim Theologiae
Professoris, nunc S. R. E. Cardinalis. Disputationes
Scholasticæ De Incarnatione Dominica**

Lugo, Juan de

Lugduni, 1653

4. De adoratione Eucharistiæ, utrùm debeat, vel possit adorari sub
conditione.
-

[urn:nbn:de:hbz:466:1-81011](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-81011)

De adoratione Eucharistiae.

*Verum debeat, vel possit adorari sub
condicione?*

Christum in Eucharistia, & Eucharistiam ipsam adorandam esse adoratione latræ, contra hæreticos nostri temporis, probant latè nostri Controuersistæ, quos, & eorum rationes vide apud Valquez in præfati *disp. 108. cap. 12.* Quomodo autem species panis, & vini, adorentur: diximus *suprà* *disputatione præcedenti, sect. 5.*

Riteat solum hoc dubium examinandum, an possimus, vel debeamus adorare Eucharistiam sub conditione, si species sint consecratæ? De quo nunc agendum est?

Pars affirmans suaderi videtur primò, quia in apponenda hac conditione non est periculum irreuerentiæ, imò videtur esse maior reuerentia erga Christum, cum eo ipso proficamur, ipsum solum, & nihil aliud dignum esse tali adoratione: & ex alio capite vitatur probabile periculum idololatriæ, quia moraliter loquendo, probabiliissimum est, & fortasse est certum, aliquas species non esse ritè consecratas, vel defectu intentionis, vel materie, si forte loco vini apposita fuit ex errore aqua; vel quia minister non erat ritè ordinatus, vel non ab Episcopo ritè ordinato, & ex aliis mille capitibus; ergo certum est, aliquando esse periculum idololatriæ; ergo ad vitandum hoc periculum, non solum licita est, sed debita talis conditionis appositio.

Secundò, quia hic actus adorationis est supernaturalis pertinet ad virtutem infusam religionis; ergo ad illum prærequiritur obiectum propositum per fidem: fides autem non potest proponere Christum esse sub his speciebus, nisi sub conditione consecrationis; ergo nec voluntas fertur nisi ad adorandum sub conditione ex virtute religionis.

P. Valquez *disp. 110. cap. 5.* docet, etiam si talis conditio non apponeretur, & species non essent consecratæ non esse periculum idololatriæ; quia affectus summisionis internæ fertur in solum verum Christum; quare licet ibi non existat, adoratur tamen, & terminat illum internum affectum. Verum hæc doctrina difficilis est, quia eâ positâ, sequitur, ferè nunquam dari idololatriam, ipsi enim ethnici ideo adorant Ionem, aut alium Deum, quia existimant habere veram diuinitatem: qui tamen error non obstat, quominus ille cultus sit idololatria, quia licet moueantur à ratione sufficienti ad verum cultum; verè tamen colunt illud subiectum, in quo non est diuinitas. Sic etiam, qui adoraret contentum sub speciebus panis falso putans, illud habere diuinitatem, licet ob ignorantiam inuincibilem, excusaretur à peccato, verè tamen haberet idololatriam materiale, quia verè coleret illud contentum sub speciebus, in quo non est diuinitas, quam putabat habere: & ideo hæretici insimulant Catholicos idololatriæ in cultu Eucharistiae: nam licet ipsi bene

rem, non obstante indecentia tot iniquorum. Sic etiam colimus locum, ubi passus est S. Ignatius Martyr, propter eius memoriam, licet sciamus, in eodem loco extinctos fuisse innumeros gladiatores, & paganos: ergo similiter possumus colere crucem illam propter Christum representatum, non obstante contactu illius iniqui. Aliud exemplum magis ad rem nostram posset esse, si ex idolo argenteo, vel aureo fieret crux, proculdubio illa crux coleretur, non obstante indecentia, quam illud argentum, vel aurum participaret ex demone, quem prius representauit. Item si ex illa materia crucis mali latronis fieret nunc statua lignea Christi, coleretur imago Christi, non obstante indecentia, quam materia illa haberet ex contactu latronis; ergo non obstante eadem indecentia posset adorari retenta figura crucis, cum representaret etiam Christum, & crucem Christi, sicut sub figura humana representaret eundem Christum. Quod enim retineat adhuc eandem figuram, sub qua teigit corpus latronis morientis, parum videtur referre. Nam si aliquis furia correptus accipiat crucem argenteam, & cum ea vulneret, ac interficiat latronem sibi occurrentem, nemo dicet, illam crucem non posse iam ulterius coli, sicut prius, eo quodd fuerit inquinata ex contactu latronis morientis, & sub eadem figura fuerit instrumentum mortis ipsius; ergo nec crux mali latronis amisisset suam venerationem, etiam retenta figura crucis, sub qua fuit instrumentum mortis homini pessimo.

Nec obstant exemplum laborum Iudæ, & alia adducta in ratione dubitandi; quia illa omnia habent talem, ac tantam indecentiam, ut præponderet titulo, quem ex Christi contactu poterant habere ad venerationem. At verò crux illa latronis non ita se habet; quod quidem non potest aliter probari, nisi ex prudentum æstimatione, quam colligimus ex aliis exemplis similibus, quæ adduximus, quibus possumus adiungere aliud de vno ex triginta nummis argenteis, quos Iudas accepit in pretium Christi hostibus traditi: qui nummus, non obstante indecentia, quam ex contrectatione Iudæ & turpissima traditione participauit, adhuc propter respectum quemdam, quem habuit ad Christum tanquam pretium illius, asseruatur cum veneratione inter præcipuas reliquias Romæ in Ecclesia S. Crucis in Hierusalem, ubi eum sæpe vidi, & adoravi simul cum clauo, & parte sanctissimæ crucis Christi, & titulo ipsius; non ergo mirum, quodd crux etiam latronis mali propter representationem Christi coli posset.

Alia diffi-
cultas.
Remittitur.

An verò crux adoretur adoratione latræ, vel alia, constat ex his, quæ *suprà* *sectione 5. disp. 36.* dicta sunt de adoratione imaginum Christi, an sit dicenda adoratio latræ?

Nam eodem profus modo de adoratione crucis loquendum est.

bene fiant, Catholicos exhibere talem cultum existimantes ibi adesse Christum; quia tamen heretici existimant, hanc esse falsam opinionem, inferunt esse idolatriam. Nec Catholici unquam reiecerunt hanc calumniam, ex eo quod cultus noster solum feratur in Christum existimatum, (quod in sententia P. Valquez iusticeret ad vitandam idolatriam) sed eo quod existimatio hac Christi praesentis non sit falsa, sed omnino vera. Supponunt enim omnes Theologi, quod si adoraretur hostia non consecrata, daretur idololatria saltem materialis: alioquin nescio, cur grauitur peccaret Sacerdos talem hostiam populo ostendens, si re ipsa tunc cultus ille non exhiberetur etiam materialiter panis, sed ipsi Christo?

P. Suarez 3. tom. in 3. part. disp. 65. sect. 2. docet, talem conditionem non esse regulariter adhibendam, nisi ubi esset ratio sufficientis ad prudenter dubitandum: si tamen poneretur, non dari in tali modo adorationis aliquam grauem deformitatem, sed leuitatem animi ad formidandum imprudenter, ex quo affectus deuotionis aliquantulum posset diminui.

Dico primò, in adoratione Eucharistiae semper requiritur conditio implicita, seu virtualis legitimae consecrationis. In hoc conueniunt omnes, & probatur facile explicando quid significet hac conditio virtualis. Ego intelligo per illam fundamentum quoddam ex modo adorandi, vt interpretemur, quod si homo sciret, ibi non adesse Christum, non adoraret contentum sub speciebus: fundatur autem hoc ipsum, in eo, quod adoratur illud contentum, eo quod existimet esse Christum; ergo si sciret esse panem, non adoraret, sicut, qui honorat Petrum, quia putat, esse suum patrem: alioquin non honoraturus, habet conditionem implicitam non honorandi illum, si non esset pater. Cum hoc tamen stat, quod de facto illum absolute honorat, quia absolute existimat esse suum patrem: talis enim conditio interpretatur non reddit actum conditionatum, sed simpliciter absolutum, & validum, etiam deficienti conditione: nam Episcopus ordinans Sacerdotem, quem falsò putat esse iam Diaconum, licet alioquin non illum ordinaret, verè tamen, absolute, & validè eum ordinat, quia absolute putat esse Diaconum. Sic etiam adoratio illa verè fertur ad contentum sub speciebus, etiam si non sit corpus Christi, quia licet fidelis non adoraret, si id sciret, de facto tamen absolute adoratur illud, quia absolute censet illud esse corpus Christi.

Dico secundò, regulariter non est necesse apponere illam conditionem explicitam in tali adoratione. Hac etiam est communis: & probatur primò ex Ecclesiae vfu, in qua Sacerdos absolute loquitur cum Christo ibi praesenti, non enim dicit: Domine, si tu es, libera me sed absolute dicit: Domine, libera me per hoc sacrosanctum corpus, & sanguinem tuum. Et rursus: Ecce agnus Dei, ecce qui tollis peccata mundi. Ratio autem est, quia hic, & nunc, non est probabile, hanc hostiam non esse ritè consecratam, & per consequens non timeo probabiliter periculum idololatriae. ergo non est, cur prouideam apponendo conditionem contra tale pe-

Card. de Lugo de Incarnat.

riculum. Aliud enim est, probabile esse, quod sit possibile ibi non esse Christum; aliud probabile esse, quod de facto non sit. Fateor possibile esse, quod hic non sit Christus, & quod, in genere loquendo, aliqua hostia nò sit consecrata; quod tamen de facto hac non sit consecrata, nò est probabile, cum ad hoc in particulari nullum sit probabile fundamentum. Sicut licet, in genere loquendo, probabile, & fortè certum sit aliquem in Baptismo non habere intentionem, nò tamen est probabile, me baptizatum sine intentione, alioquin possem, & deberem iterum baptizari sub conditione, si non essem moraliter certus de valore mei baptismi, ad quem huiusmodi habeo rationem probabilem dubitandi, non enim arguitur probabiliter à sola possibilitate rei, ad eius existentiam. Sic ergo in praesenti, &c. Ex quo patet solutio ad primum argumentum supra adductum.

Ad secundum verò respondeo non esse necessarium, quod obiectum virtutis moralis applicetur secundum omnes circumstantias per lumen supernaturale proponens; ad actum enim supernaturalem misericordiae non est necesse cognosci lumine supernaturali, hunc esse pauperem: sufficit cognosci lumine supernaturali bonum esse, succurrere indigentibus, relictis aliis conditionibus lumine naturali examinandis. Sic etiam ad illum actum latius sufficit proponi lumine supernaturali, Christum existere sub speciebus consecratis, & bonum esse cultum illius. licet non cognoscatur lumine supernaturali has species esse consecratas.

Dico tertio, regulariter non expedit, illam conditionem explicitè apponere; imò verisimile mihi valde est, non carere aliqua indecentia, & fortè notabili talem modum adorationis. In priori parte conueniunt ferè omnes: posteriorem verò indicant Caietan. 2. 2. quaest. 1. art. 3. Ioannes Hesselantus in lib. de Eucharistia, & Claudius Sainctes in libro etiam de Eucharistia, reperit. 9. cap. 4. Probari autem potest hac indecentia ex communi modo deferendi cultum iis, quibus debetur: nam si aliquis Regem, vel Imperatorem tali modo coleret & diceret: Si tu es Rex, vel Imperator, veneror te; si non es Rex, non te veneror: si aliunde non esset probabilis ratio dubitandi, proculdubio hic cultus non careret irreuerentia; non enim esset cultus simpliciter integer: nam cultus, & adoratio est voluntas submittendi se personae adoratae, & colendi illam, dando illi primas partes in omnibus, &c. hi autem actus non possunt procedere simpliciter ab adorante sub conditione: nam dum est sub illa voluntate conditionata, non magis inclinatur ad dandum alteri primum locum, quam ad retinendum sibi: sicut si diceret parenti, Amo te, si pater meus es; si non es pater, non te amo: hic sanè esset amor diminutus; quia ex hac voluntate praecise non poteris immediatè moueri, ad benefaciendum illi, nisi haberes alium amorem absolutum; ergo, qui sine probabili ratione ad formidandum coleret sic Christum sub speciebus, non praestaret cultum simpliciter integrum, neque ex vi illius adorationis haberet debitum affectum erga conten-

Solutio p. superius argumentum primum.

48

Argumento secundo acurrunt.

49

Pronunciatiu serium.

Caietan.

1. art. 3.

Ioannes Hessel.

Claud. Sainctes.

Ant. Hessel.

Claud. Sainctes.

Y y 2 tum

tum sub speciebus, siquidem non se absolute subiiceret illi contento, sed partim se illi poneret, & partim anteponeret.

50.
Eugim.

Dices, non est illicitum explicare conditionem, quam actus fert secum implicitam: sed omnis adoratio Eucharistiae fert secum implicitam illam conditionem, ut supra dictum est; ergo poterit aliquis eam ponere explicitam.

Bartier.

Respondeo negando maiorem in uniuersum: ratio autem discriminis est, quod conditio illa implicita relinquit actum simpliciter absolutum, ut dixi, & per consequens non impedit effectus externos. Nam licet filius amando parentem habeat conditionem implicitam, quod non amaret, si sciret non esse suum patrem; tamen re vera hic, & nunc amat illum & praestat ei bona opera: at vero si amaret sub

illa conditione explicita, non posset ex vi illius amoris praestare absolute bona opera, donec haberet aliam voluntatem absolutam. Teneatur ergo ad amandum, & honorandum illum, non utrumque, sed absolute, nisi adsit ratio dubitandi; & idem est de Episcopo ordinante Sacerdotem, quem licet non ordinaret, si sciret non esse iam Diaconum, non tamen potest licite exprimere illam conditionem, ne reddat ordinationem conditionatam. Similiter ergo in nostro casu non licebit apponere explicitam illam conditionem, licet illa implicita, & virtualiter insit adorationi Eucharistiae. Et haec de Adoratione, ac de Incarnatione diuini Verbi dixisse sufficiat: quae ad eundem Verbi gloriam vtiq. cedant.

FINIS.



INDEX